Ut primū mestū tenuere silentia caetum.
Lentulus ecelsa sublimis sede profatur;
Indole sidignū latia. sisanguine prisco
Robur inest animis. nequa tellure coacti
Quāq; procul tectis capte sedeamus aburbis
Cernite. sedurē faciem cognoscite turbe.
Cunctaq; iussuri. primū hoc decernite patres.
Quod regnis populisq; liquet nos esse senatū;
Nā uel ipborees plaustrū glaciale subursē.
Uel plaga qua torrens. claususq; uaporib; axis.
Nec patitur noctes. nec iniquos crescere soles
Si fortuna ferat. rerū nos summa sequetur.
Imperiūq; comes; tarpoeia sede perusta
Gallorū facibus uetosq; habitante camillo.
Illic roma fuit. nonumquā perdidit ordo
Mutato sua iura solo. merentia tecta
Caesar habet. uacuasq; domos. legesq; silentes.
Clausaq; iustitio tristifora. curia solos
Illa uidet patres. plena quos urbe fugauit.
Ordine detanto quisquis nō exulat hic est.
Ignaros scelerū. longaq; in pace quietos
Bellorū primus sparsit furor. omnia rursus
Membra loco redeunt. en totis uirib; orbis
Hesperiam pensant superi. iacet hostis inundis
Obrutus illiricis. libiae squalentib; aruis
Curio caesarei cecidit pars magna senatus.
Tollite signa duces. fatorū impellite cursū.
Spem uram prestate deis fortunaq; tantos
Et nobis animos. quantos fugientib; hostē
Causa dabat. nrm̄ exhaustoius clauditur anno